

nomen ei à regia via adhæsit) JOH.
GEORGII Tertii, Principis-Electo-
ris gloriosissimi opus: miranda natu-
ræ & artis, ingentes statuas ex solido
lapide non ignobili mirè natas, mirifi-
ce fabricatas, si æstimas si comparas,
Octavum miraculum orbis.

Eo is ab ortu hesperium cubile ver-
sus tendens plura advertes hortensi-
um divum amoena vireta, ficeta, vi-
neta, pometa, oloreta, cedreta, sali-
ceta, ligneta, vivaria, piscaria, aviaria,
leporaria, pecuaria, varii generis mo-
lendina, aquæductus, tabernas, & quid
non? quæ delectando profunt, illu-
strant & ornant. Ut paucis me absolvam, hic.

OMNES. DII. OMNIA.

*Juppiter Aulam ornat, structuris Pallas
& armis*

*Mars decorat, Bacchus vite, Diana
feris:*

*Flora, Pales, Nais, Ceres & Pomona, Na-
pæa,*

*Flore, herba atq; undis, frugibus,
arboribus. Pri-*